Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

Dział (opis) I

189. Przywilej na wójtostwa w Korośnie i Woli Korośnieńskiej w starostwie przemyskim 1615.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

BIBLJOTEKA OSSOLIŃSKICH
ZBIÓR D... [illegible]CZOŁOWSKIEGO
Nr rękopisu 189

4to

Prawo Stare alias Przywi-
leje w Kompaturach.

MS. przy Papierach Podgorskich.

SIGISMUNDUS

Tertius Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæq[ue] etc. necnon Suecorum, Gottorum, Vandalorumque hæreditarius Rex. Significamus præsentibus literis nostris quorum interest universis et singulis. Exhibitas nobis esse per certos Consiliarios n[ost]ros literas ex Actis Terrestribus Præmislien[sibus] desumptas, manu Generosi Petri Kowinicki Notarij Terræ Præmislien[sis] subscriptas, et Sigillis binis communitas, sanas, salvas, integras, omnique suspicionis nota carentes, continentes in se Actus Commissoriales Advocatiaru[m] in villis Korosno, et Wola Korosciensk[a], sive male Korsienko dict[a], ad Capneatum Præmislien[sem] spectan[tes]. Quas ut approbare et confirmare dignaremur, diligenter nob[is] supplicatum est. Earum vero l[ite]rarum tenor sequitur et est talis. Ad Iudicium positionis Actorum Terrestrium Præmisliensiu[m] ipsaq[ue] præsentia Acta personaliter comparens Nobilis Andreas Ustrzycki obtulit literas Confirmationis actus Commissarialis infra content[i] sub titulo Serenissimi olim Stephani Dei gratia Poloniæ Regis, Sigilloque minoris Cancellariæ Regni communit[as], et manu propria Mag[nifi]ci Ioannis Zamoyski, pro tunc Reipub[licæ] Vicecancellarij, ac Belzen[sis], Cnisinensque Capitanei subscript[as]. Quibus Iudicium præsens Terræ Præmislien[sis] position[is] Actoru[m] visis, utpote sanis, salvis, et integris, omniq[ue] suspicionis nota caren[tibus] Ad postula[tionem] præfati Andreæ Ustrzycki suscepit, et præsentibus Actis inseri mandavit. Quarum literarum tenor de verbo ad verbum sequitur estq[ue] talis. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ etc. Princeps Transylvaniæ. Significamus præsentibus l[ite]ris n[ost]ris quorum interest universis et singulis. Exhibit[as] esse coram nobis per certos Consiliarios n[ost]ros l[ite]ras Actus Commissarialis infrascri[pti], manibus Commissarioru[m] infrascriptis notatorum subscript[as] et Sigillis illoru[m] proprijs communit[as], sanas, salvas,

Tenor lit[erarum] ... Commissorialis

Stephanus ... [illegible]

saluas, et integras, nullamque suspicion notā in se haben. Supplicas;
seque nobis, vt eandem actum Commissarialē oiaque ipsius contenta
authoritate nrā Regia approbare, ratificare, et confirmare dignare
Actum — mur. Cuius tenor de verbo ad verbum sequitur eiusmodi. Actum in
Curia Aduocatiali in Villa Korosno Sac. Mtis Regiæ in Strwiąz ad
Capneatum Præmislien pertinen et spectan. Tenuta Magci Ioanis
Tenuta — Herbult de Fulstin Castellani Sanocen et Capnei Præmislien Feria
quinta post Dominicam Conductus Paschæ proxima Anno Domini
millesimo Septuagesimo secundo, coram Gnosis Stanislao Sliwnic
M — ki Gladifero, Martino Ostrowski Notario Terrestri, Victorino Kowal
ski Vicecapneo Præmislien. Commissarijs per Sacram Mtatem Regi
am ad infrascripta dat et deputat. In prntia personali Gnosi Alberti Za
toslawski Burgrabij Castren Præmislien, ac multorū Nobiliū, necnon
Ministerialis Russiæ Gnalis Prouidi Nazar de Starzawa circa præ
Mikita Demian — missa existen, personaliter comparens Hlis Mikita Demianowicz in
Villa Korosno Sac. Mtatis Regiæ Aduocatus seu Scultetus. In pri
mis reproduxit Lras Commission Sac Mtatis Regiæ titulo et sigillo
Sac. Mtis Regiæ munitas et obsignatas tenoris talis. Sigismundus
M Sigis Aug: — Augustus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ
Prussiæ, Mazoniæ Samogitiæque etc. Dominus et hæres. Gnosis Ni
Gnosis — colao Herbults de Fulstin Capneo nro Leopolien, Victorino Kowal
ski Vicecapneo, Martino Ostrowski Notario, Stanislao Sliwnicki
Gladiatori Terræ Præmislien. Fid. nobis dilectis grām nrām Regiā
Mikita Demianowicz — Gnosi Fidel. nri dilecti. Expositū est nobis Hlem Mikitam Demia
nowicz Aduocatiæ suæ Sculteciæ in Villa nra Korosno ad Capneatum
nostrum Præmislien pertinen consisten Tenutariū, nullas summas
Ne itaque nullas summ — pecc super Aduocatiā præfatam habere. Ne itaque in posterū ali
quis error circa redemption ips Aduocatiæ exoriatur Supplicatum
nobis est, vt ad taxan et æstiman memorat Aduocatiam omnesque

eius

eius prouentus et aedificia constructa Commissarios nostros dare et de=
putare dignaremur. Nos itaque aequitate rei moti, simulque benignam
habentes rationem fidelium ipsius obsequiorum, volen praeterea, vt ipse
et aly pro tempore existen eiusdem Aduocatiae possessores summis pecu=
niarijs denominat et specificat in dicta Aduocatia gaudeat. Fid. Vris
de quorum integritate, et in rebus geren dexteritate optime persuasi
sumus id negotij dandum et committendum duximus, vti damus et com=
mittimus praesentibus Literis nostris, mandan vt habita inter se mutua in=
telligentia, tempore competenti simul et inuicem conueniant, praefa=
tam Aduocatiam, ac eius omnia aedificia, fructusque et prouentus vni= taxent
uersos, iuxta iuris commun praescriptum et obseruantiam in talibus fieri
solitam taxent et aestiment, summamque pecuniariam in eisdem deno= taxent
minent, in quo conscientias earum oneramus. Quam quidem taxam
acta suo speciali desuper confecto, sigillis et manibus suis obsignat
et subscript nobis significent et perscribant, vt et nos cognitis, eius=
modi summis pecuniarijs iustis et legitimis, easdem vna cum Actu Fid.
Vrarum Commissariali approbaremus et confirmaremus. Pro gratia
itaque nra et debito suo Fid. Vrae aliter ne fecerint. Datum Varsa= d. 1 marty
uiae die prima Marty, Anno Domini Millesimo, Quingentmo, Se= 1572
ptuagesimo Secundo, Regni nostri anno Quadragesimo Tertio. Ex
Commissione Sac. Mttis Regiae propria. Deinde reproduxit literas Deinde
Priuilegij originalis super Aduocatiam seu Sculteciam in Villa prae=
fata Korosno, per Serenissimum Principem Dnum Dnum Sigismun=
dum Augustum Dei gratia Regem Poloniae praedecessoribus eius
clementer datt, quarum tenor sequitur talis. Sigismundus Augustus Tenor
Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae Literarum approb.
Masouiae, Samogitiaeque etc. Dnus et haeres. Scimus tenore praesentium
quibus expedit vniis et singulis praesentibus et futuris harum notitiam
habituri

Andreyko { Procopius, Alexr } in Korosno
Iwanko { Michael, Wasko, Lazar } Lodinka

habituris. Exhibuisse coram nobis per certos Consiliarios nros, noie Procopij et Alexandri Korostenskich germanorum olim Andreyko filiorum et eorum Patruelium fratrum Michaelis et Wasko atque Lazari itidem germanorũ ex pre olim Iwanko ex fratre germano predicti Andreyko procreat. lrãs pargameneas, titulo et Sigillo Domini Parentis nostri communit. sanas, saluas et integras, nullique vitio aut suspitioni obnoxias. Quibus quidem lris Diuus parens nr̃ conseruauerat paren eorundem frũm Patruelium suprascript. nempe Andreyko et Iwanko fres germanos in villis nostri Korosno et Lodinka, in Capneatu Premislien consisten Sculteţijs ab Antecessoribus eorũ vendit, prout de pmiss oibus ex eisdem lris noscere vnicuique licet, atque nobis supplicasse, vt quandoquidem Procopio et Alexandro prædict germañ in Korosno, Michaeli vo et Waskoni Lazaroque Leskowackim fratribus ipsorũ Patruel in Lodinka villis nostris Regalibus, Advocatia per eorũ paren prædict ipsorumque prædecessores antea possessa cessere ex diuisione inter eosdem fres patrueles subsequuta, tam lrãs ipsas quam diuision eiusmodi ratam et gratam habere, atque authte nrã Regia approbare, ratificare, et confirmare dignaremur. Nos vo non minus commodo et vtilitat nrã et dictaeum villaeũ condition melior quam eiusmoi precũ instar dignam rõem haben, de certa scien et speciali grã nrã eiusmoi lrãs et diuision mo pmiss inter ipsos patruel fratres fact ratam et gratam haben, eandem authte nrã Regia, et oia inde secuta approbamus, ratificamus et confirmamus, vimque et robur debitæ firmitat obtinere debere decernimus, non aliter ac si specialis consensus noster ad eandẽ accessisset. Quoniam vo earundem Sculteciaũ diuisione inter eos fratres patrueles facta, quæque pars dictorũ Sculteţeiũ pro sorte sua priuilegio egeat speciali. Ideo ex lris eiusdẽ Dni parent nri vtrique

partiũ

Nos
Approbamus
Quoniam Priuilegio Diuiso
Ideo

partium privilegiū sortem cuiusque continen, singulatim describi atque praedict Advocat prout ad quemque eorū pertinet extradi mandavimus, vigore aut alterius eorundem Privilegior neor, memorat. successoribus et haeredibus olim Andreyko vezt Procopio et Alexandro Korostenskim fratribus germanis, eorumque posteritati Lima Sculteia in Villa nra Korosno praedicta damus, sive in data iamdudum eorū antecessoribus, eosdem conservamus. Ita quod eandem more antiquo suo usque à Praedecessoribus suis continuato, iure et consuetudine Valachorum, in quo haec ipsa Villa Korosno, et aliae villae et Sculteiae Valachicae, quae illic antiquitus sunt locatae tenebunt, habebunt, possidebunt, atque Sculteiae officiū exercebūt. Quam quidem Villam Korosno in limitibus et gradibus suis sic volumus permanere perpetuo, prout à priscis temporibus est limitata. Damusque eidem Procopio et Alexandro Korostenskim fratribus, eiusdem villae Korosno Sculteis et eorum Successoribus duas areas vulgariter Dworzyska cum hortis et obszary sive pratis inter villas Smolnica Korosno, locumque dictū Mostek, et inter Vill Sebnicko ac torrentem alias Potok kamienny, consisten, in quorum usu fuerūt semper et in praesen esse dicūt eisdem areis adiacen et ita late et longe prout se absque cuiusuis praeiudicio, extendi possūt. Necnon molendinum et tabernam in eadem villa liberam habebunt, atque tot hortulanos, quot in agris eorum commodi locari poterunt, cum omnibus censibus ex eisdem provenien et tota proprietate. Insuper iidē Advocati Korosnen, et eorū legittimi Succores de omni datione nostra quae quam ex hac ipsa Villa annis singulis nobis solui solet, tertium agnum et tertium porcum; de pecunijs vō quae pro expeditione bellica, quoties occurrerit ex eadem Villa colligi consueuerit, et similiter de omnibus poenis iudicijs, et quomodocunque ex Villa praefata Korosno iudicijs provenien Kniaznego item et Wychodnego tertium denarium seu partem ter-

tiam

Procopio & Alexandro

Denominatio eisdem advocatiae attinentiarum.

tiam, duabus pro nobis reservat de eadem villa perpetuo habebunt, et pro usu suo percipient. Licebit quoque eisdem Advocatis Villae Korosno et eorum Successoribus legitimis, ex Cmetonibus Villae praefat honoraria als poczty bis in anno vezt pro Nativitat Dni et Paschali Festis recipere, eosdemque Cmetsones cogere ad laborandum sibi tribus diebus in anno, quemcunque laborare ipsi Sculteti voluerint. Poterint etiam incolae Villae Korosno praefatae tot mellificia intra limites ipsius habere, quot eis placuerit, sed ita ut de melle ex ipsis mellificijs proven nobis ad Castrum nrum Praemislien duas part Tertiam vero Advocat praedict dare teneantur. Quoties autem aliquis Sculletorum praedictorum Villae Korosno praefati filium vel filiam propriam desponsaverit, seu quando aliquis ex hac luce decesserit, tres nihil nobis et Capitaneis nris Praemislien exinde proveniet, nec dare quidquam debebunt. Promittimus postremo eidem Procopio et Alexandro Korosensibus Advocatis modernis et eorum Successoribus omnimodam facultate reditus et proventus suos in eadem Advocatia, molendino, et taberna praescriptis, ipsum Advocatiam concernen pro eorum beneplacito (citra tamen nrum et Subditorum nrorum eiusdem Villae incolarum praeiudicium aliquod) amplian et augen et eandem Advocatiam in Korosno cum omnibus proventibus ad eam de iure vel consuetudine quomodolibet spectan, tenen, haben et possiden, necnon nro et Sermorum Successorum nrorum consensu accedente venden, commutan, obligan, alienan, et in alios usus Successorumque suorum beneplacitos convertendi, prout ipsis melius et utilius videbitur expedire. Hoc tamen pro nobis et Sermis Successoribus nris specialiter reservato, quod idem Procopius et Alexander moderni Advocati Korosnen in propria persona, quodlibet bellicum

Promittibus.
Redditus Proventus quos.
amplian dos.

Vendendos.
Obligandos.

bellicum seruitium vnius eorū cum suis Legittimis tunc cū oēs Terri | Bellicum Seruitium et Stero
genæ nři Præmisłien̄ ad arma consurrexerint, in vno equo armatus
quanto melius fieri poterit præstare et tolerare, atque nobis quolh
bet anno duodecim agnos, aliasque obuentiones ad Castrum nostrū
Præmislien̄ dare et pendere teneantur, prout præmissa omnia fe
cerunt, præstiterunt, tenuerunt, possederunt, habuerunt, et in p
senti tenent et possident ex antiqua consuetudine et concessione Præ
decessorū nostrorum, et prout de his omnibus literæ Diui Parent
nostri coram nobis exhibitæ testantur. Super alteram verò Scult | Super alteram vero Lodnika
tetiam, nempe Villæ nostræ Lodnika præscriptis Michaeli Wasi
ko et Lazaro Leskowackim fratribus, quibus ex diuisione Ipsa sor
te obtigit, aliud Priuilegium nrūm, ad instar Lrārum Diui Parent
nostri contulimus. Promittimus autem pro nobis, et Sermis Succes | Promittimus
ribus nris verbo nostro Regio, quod in Tenuta et possessione Tenu | ||B
tæ præfatæ in Korosno pacifica, nedum memoratos Procopium et
Alexandrum Korostenskie ad vtriusque eorum vitæ extremum ter
minum, verum etiam vnum ex filijs eorum quem ipsi in eadem Ad
uocatia duxerint relinquendum conseruabimus, neque eosdem
tam coniunctim quam diuisim, eximendi de eadem Aduocatia cui
quam homini cuiuscunque Status et conditionis existen̄ potesta
tem faciemus. Sed neque nos ipsi cum Serenmis Succēribus nris
de manibus eorum hanc ipsam Aduocatiam pro nobis siccoque si
ue coquina vel mensa nrā Regia, ac quauis alia necessitate no
stra vel Reipublicæ exigente eximemus, quoad moderni Aduocati
et Successor eorum prædictus vixerit. Iuribus nostris Regalibus
saluis semper et integris manentibus. harum quibus Sigillū no
strum est subappensum testimonio literarum. Datū Piotrkouiæ in
Conuentione Regni nostri Generali Feria Secunda intra Octauas
Corporis

Corporis Christi. Anno Domini Millesimo Quingentesimo, Quinquagesimo Quinto. Regni nostri Vigesimo Sexto. Joannes Ocieski Regni Poloniae Cancellarius ss. Relatio Mag[nifi]ci Joannis de Ociessyno Regni Poloniae Cancellarij, Cracovien[sis] Gnalis ac Solecen[sis] Olstinengue etc. Capnei, et Succamerarij Cracovien[sis]. Post quorum omnium product[ionem], eorumque solit[am] lectionem, petijt praedictus Mikita Demianowicz, quatenus D[omi]ni Commissarij iurisdictione sua in praemissis fundata eaque voce Ministerialis proclamata ad executionem eiusdem Commission[is] Sac[rae] M[aies]t[at]is Regiae procedant, eamque debitae executioni demandent v[idelic]et ad taxationem Sculteciae praefatae iuxta iuris communis observantiam procedant. Domini itaq[ue] Commissarij, inhaeren[tes] Literis Commission[is] Sac[rae] Reg[iae] M[aies]t[at]is iurisdictionem Commissorialem fundaverunt, eamque Ministerialem Terrarum Russiae Gnalem Nazar de Starzawa proclamare mandaverunt. Qui quidem Ministerialis tam in praesentia ipsorum Commissariorum in Curia Advocatiali, quam et Villa praefata Korosno fundationem iurisdictionis ad taxandam Advocatiam praefat[am] per supraexpressos Commissarios voce sonora publicavit, oibusq[ue] qui intererant ad notitiam deduxit. Quibus peractis Domini Commissarij vocatis ad sui praesentiam certis vicinis Scultetis de vicinioribus Villis Sac[rae] M[aies]t[at]is Regiae, tum et subditis incolisque omnibus nullis exceptis de praefata Villa Korosno. Quibus diligenter tam seorsim quam demum communiter exquisitis, obstrictis iuramen[tis] corporalibus, de rei veritate praestan[dis], ab eisd[em] diligenter sciscitabantur de proven[tibus] Advocatiae praefatae quolibet anno Advocato provenien[tibus]. Qui sub conscien[tia], obstrictique corporali

Taxa sequitur.

porali iuramento articulatim proventus oēs pro Advocato quo-
libet anno provenien̄ modo et ordine infrascripto enarraverūt. Proventus
Imprimis — Imprimis in eadem Villa Korosno Advocatum possedisse vigore Pri- Taxa
uilegij duas areas, vulgariter Dworzyska cum hortis et obszary, si-
ne sui pratis inter villas Smolnica et Korosno, locumque dictum
Mostek, et inter Villas Stebnicko, ac torrentem alias potok kamien-
ny consisten̄. Quas exarcation̄ alias obszary cum pratis, re o-
culis subiecta Dnī Commissarij duos laneos agri in se comprehē-
den̄ agnoverunt. Quas areas alias Dworzyska et obszary, quē- duo lanei
libet per quadragin̄ marcas aestiman̄ vigoreque iurē communī ta- taxa laneorum
xan̄ marcam vnam proventus annuatim provenien̄ ad decem
marcas taxāt, ad mille sexingen̄ marcas pecun̄ monetae Polon̄ id 1000 marcas
molendinum 400 — Item molendinum in eadem villa Korosno ex antiquo ad Advoca- It Molendinum 400 marcas
tiam pertinens in fluvio Strwiaz vna cum medio laneo agri, ad
hoc idem molendinum pertinen̄ ex ratione arendae annuatim dat taxa Molendini
et exsoluunt census marcas quadragin̄, taxat ad quadringen̄
marcas, ibidemque in eodem molendino contineri Foluse, de
quo quolibet anno ratione arendae dant marcas sex gross duo- Foluse taxa 62/24
decim, taxat ad Marcas sexaginta duas, grossos viginti quatu-
Taberna — or. Item Taberna in eadem villa Jarosno in medio laneo residen̄
ab antiquo vigore Priuilegij pro Advocato pertinet. De qua ra- Taberna
300 — tione arendae annuatim eidem Advocato soluit Marcas trigin̄
taxat, eiusmodi proventus ad trecentas marcas pecuniae. It. taberny taxa.
in eadem Villa Korosno contineri hortulanos sex pro Advoca-
to vigore Priuilegij pertinen̄. Qui nec census nec antiquas da-
tiones dant, tantum duos dies in hebdomada eidem Advocato

labores

Subditoru̅ et eoru̅ laboru̅ taxa. Labores exercent, aestimat huiusmodi labores duorum dierum in hebdomada per integrum spatium anni cuiuslibet hortulani ad mar-
cas duas, facit marcas duodecim. It Taxat ad centum viginti
120 marcis; in eadem Villa continetur curia antiqua Aduocatialis vid[elice]t
stuba magna in qua continentur fenestrae vitreae, penes eandem stu-
bam Camera. It altera stuba nigra magna, penes eandem Came-
ra vulgo Przybok, atrium magnum. Item stabulum vnum et v-
na fenestra omnia ex arboribus constructa et asseribus alias gon-
tami tecta. It in eadem Aduocatia esse Braseatoriu̅, et Braxa-
Taxa Curiae cu̅ aedificiis torium, et ollodia duo ex arboribus constructa, et straminibus te-
100 cta. Quae Curia vnà cu̅ praefatis aedificijs taxat ad centum mar-
cas pecuniae co̅munis. Item in eadem Villa Korosno extant pro Sac[ra]
M[aies]t[a]t[e] Regia Cmetones viginti quinque in medijs areis residentes,
de quibus tertia pars omnium et singulorum censuum et prouentuu̅
pro Aduocato, vigore ipsius Priuilegij originalis pertinet: Qui dant
et soluunt census quolibet anno quilibet eorum de media area per
florenum vnum et grossos decem, facit marcas viginti grossos tri-
ginta quatuor, Cedit pro Aduocato Marcae sex gross[os] triginta quin-
Taxa a Subditis Regalibus que. huiusmodi prouentus taxat ad marcas sexaginta quinque
65/47. grossos quadraginta septem. Item ipsi Cmetones de praedicta Vil-
la Sacrae M[aies]t[a]tis Regiae Korosno quolibet anno Aduocato tenenti
dare honorarium alias Poczty. bis in anno, vid[elice]t pro duabus ratis,
vnam pro Festo Natiuitatis Domini, et aliam pro Festo Paschae
vid[elice]t, pro prima rata duas tortas et gallum siue gallinam quili-
bet illorum; pro secunda autem rata similiter per duas tortas, et
[Tax]a Tortaru̅ et Ouorum, triginta oua gallinacea, Taxat autem torta gallis seu gallenis

et oua

et ona provenit a quolibet Cmethone gross quindecim, facitque
marcas septem grossos triginta novem, Taxat ad marcas septua-
78/24 ginta octo grossos viginti quatuor. Item Cmethones omnes in Vil-
Item Cmetho nes omnes la praefata Korosno vigore privilegij originalis tenentur labores
exercere per spatium anni unius, vzt tres dies, unam arare, al-
teram gramina falcastrare, tertiam frumenta in fasciculos col-
ligere. Taxat autem laboribus per hos tres dies in anno cuiusli-
Taxa Subditorum Advocatiae bet Cmethonis provenit per grossos decem, idque facit marc qn-
51/24 que grossos decem, taxat ad marcas quinquaginta unam gross Taxa Laborum subditorum Regalium
viginti quatuor. Item in eadem Advocatia sunt per ipsum Advocat
extructa dua piscina, de quibus proven potest esse ~~quolibet anno~~
Taxa piscinarum marcae quatuor, ad marcas quadraginta taxat. Item ex paenis iu- Taxa piscinarum
40 diciarijs quibusvis, necnon Kuniczniego et Wychodnego ipsum Ad-
vocatum in eadem Villa tertius denarius pertinet. Qua sors tertia pro
Advocato pertinens facit quolibet anno marcas quinque, qui proven Taxa Kuniczne y wychodne et paenarum iudicialium.
50 taxat ad quinquagin marcas. Item in sylvis ad Capitaneatum Pra-
mislien pertinen ad Advocatiam praefatam pro foco senatia quan
necessitate, ipse Advocatus vigore privilegij libere utfruetur, Quam
liberam utfruitionem non taxavimus, verum id gratiae Sac. Mttis
Regiae committimus. Nos itaque supranominati Commissarij, vigore
Commission Sac. Mttis Regiae nobis ad praesens et ad hunc actum in-
iunct, de proven bonorum suprascriptorum omnium accepto sufficien
ab hominibus fidedignis iuramentis dicen et recognoscen veritat
re oculis subiecta, bene, diligenter scrutat et perspect, omnibus et
singulis proven et libertatibus, quae ad praesens continentur et ex
antiquo usque ad praesens per ipsum Advocatu in usu quotidia-
no habit et possessis, Advocatia seu sculteta praefat in praefata

Villa

Summa Taxæ. 2868. mar. gr. 23.

Generalis taxa ad Marcas 2868, g. 23.

villa Korosno cum omnibus eius attinen. supra specificat. proven. cuiuslibet certi proven. marc. vnius ad decem marc. computan. taxa uimus et praesen. taxamus in Summa ad Marcas duo millia octi gentas sexaginta octo grossos viginti tres. Except. ex hac taxa ne tertia parte agnor. et porcorum. Quae dationes in priuilegijs Ad uocatorum in Krania, Strwiaz ipsis seruitii continentur. Cuius dationis sort. tertia praedictorum agnorum et porcorum Capitanei Prae misl. licet accipere ipsis Aduocat. no admiserent, et eius in vsu hu usque non sunt. Quam taxationem Domini Commissarij tam ex priuilegio originali, quam etiam ex testimonio hominum fide di gnorum vicinorum Scultetorum incolarumque villae praefatae, di ligentique inquisitione, reque oculis subiecta ad planum cognit. nemini partium fauen. iuri communi inhaeren. fecerunt, eandemque iuxta praescriptum Literarum Commission. Sac. Mtis Regiae deter minauerunt, roburque perpetuae firmitatis obtinere decreuerunt, decreto suo Commissariali median. In cuius rei fidem et euidentius testimonium, Sigilla sua ipsi Commissarij praesen. applicauerunt, manibusque suis proprijs eundem actum subscripserunt. Actum et datum loco, die, et tempore quibus supra. Martinus Ostrowski Notarius Terrae Praemislien. mpp. Stanislaus Sliwnicki Gla

Praenomina Commissariorum.

difer Terrae Praemislien. ss. Victorinus Kowalski Vicecapitane Praemislien. mpp scat. Nos itaque Stephanus Rex praenomina

Nos itaque Approbant.

tus, Supplicationi eiusmodi benigne annuen. Iras praeinsertas actus Commissarialis suprascripti (si et in quantum ipsi possessores earum in vsu fuerunt, et hactenus sunt, iuribusque et Statutis Regni no stri non derogent) in omnibus earum conditionibus, clausulis et ar

ticulis

ticulis approban, ratifican, et confirman duximus, uti quidem ap-
probamus, ratificamus, et confirmamus praesentibus literis, decernen
eas robur debitae et perpetuae firmitatis obtinere debere. In cuius
rei fidem sigillum nostrum praesentibus est appressum. Datū Toru-
Datum Toruniy d 26 9bris
nij in Conuentu Regni nrī Grāli die Vigesima sexta Nouembris
Anno Domini MDLXX. Sexto Regni vero nostri anno primo. 1576. d 26. 9bris Torun.
Joannes Zamoyski Regni Polon Vicecancellarius sst. Relo
Magci Joannis Zamoyski Reipubcae Vicecancellarij, ac Belzen
Knyszynensque Capitanei. Acta sunt haec Praemisliae in posione Post Acta
iudicia Actorū Terrestriū Feria Tertia post Festum Sanctorū Fa-
biani et Sebastiani Martyrū proxima Anno Domini Millesimo
Quingentesimo, Nonagesimo Septimo. Petrus Korzynicki Notarius
Terrae Praemislien mpp. Corr. Drobotz. etc. Ad Judicium praesens Oblata
positionis Actorū Terrestriū Praemislien ipsaque prīta Acta per-
sonaliter veniens Nobilis Andreas Ustrzycki obtulit lrās confirma- Offerens.
tionis infracontent Actis Commissarialis sub titulo et sigillo Sermi
olim Stephani Dei gratia Poloniae Regis, Sigilloque minoris Can-
cellariae Regni communit, et manu propria Magci Joannis Za-
moyski protunc Reipubcae Vicecancellarij, ac Belzen Knyszynēq
Capnei subscript. Quibus iudicium praesens Terrestre Praemislien
positiōn Actorū visis, sanis, saluis, et integris, omnique suspicion
nota caren, ad postulationem praefati Andreae Ustrzycki suscepit,
Actisque praesentibus inscribi mandauit. Quarum literarum tenor
de verbo ad verbum sequitur estque talis. Stephanus Dei gratia
Stephanus Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae,
Samogitiae, Liuoniae etc. Princeps Transyluaniae. Significamus
praesentibus lris nostris quorum interest vniuersis et singulis. Ex-
hibita

hibitas esse coram nobis per certos Consiliarios nros literas Acty Commissarialis infrascript, manibus Commissariorum inferius nominatorum subscript, ac sigillis eorum proprijs communit, san saluas, et integras, nullaque suspicionis notâ in se haben. Supplicatumque nobis, vt eundem Actum Commissarialem omniaque ipsius contenta, autoritate nrâ Regia approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Cuius tenor de verbo ad verbum sequitur eiusmodi. Actum in Curia Aduocatiali in Villa Wola Krostenska, seu mate Koroscienko, Sacrae Regiae Mtis in Armiz ad Capneatum Praemislien spectan, tenuta Magci Joannis Herbult de Fulsztyn Castellani Sanocen et Capnei Praemislien feria sexta post Dnicam Conductus Pascha proxima Anno Domini Millmo

Actum

.1572. Quingentesimo Septuagesimo secundo coram Gnosis Stanislao Sliwnicki Gladifero, Martino Ostrowski Notario Terrestri, Victorino Kowalski Vicecapneo Praemislien Commissarijs per Sac. Regiam Mtem ad infrascripta dat et deputat, in praesentia personali Gnosi Albert Lutoslawski Burgrabij Capri Praemislien, ac multorum Nobilium, necnon Mintis Russiae Gnalis Prouidi Nazar de Starzawa circa praemissa existen, Comparens personaliter

Wola Krostenska

Nobilis Mikita Demianowicz in Villa Wola Koroscienska S Reg Mttis Aduocatus seu Scultetus, inprimis reproduxit literas Commissionis Sac. Reg. Mttis titulo et sigillo Sac. Regiae Mttis munit et obsignat tenoris talis. Sigismundus Augustus Dei gratiâ

Tenor.

Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae etc dominus et haeres. Generosis Nicolao Herbult de Fulsztyn Capneo nro Leopolien, Victorino Kowalski Vicecapneo, Martino Ostrowski Notario et Stanislao Sliwnicki Gladiatori

Terras

Exposto lat.

Terræ Præmislien. Rd. nobis dilectis grãm nostram Regiam. Generosi Rd. nobis dilecti. Expositum est nobis Nicolaum Mikitam Demianowicz Aduocatiæ seu Sculteriæ in Villa nrã Korosno ad Capitaneatũ nrũm Præmislien. pertinen. consisten. Tenutarium nullas summas pecuniarias super Aduocatia præfata habere. Ne itaque inposterum aliquis error circa redemptionem ipsi Aduocatiæ exoriatur. Supplicatũ nobis est vt taxan. et æstiman. memoratam Aduocatiam omnesque eius prouentus et ædificia constructa Commissarios nostros dare et deputare dignaremur. Nos itaque æquitate rei motj. simulque benignam habentes rationem fideliũ ipsi obsequiorũ, volen. præterea vt ipse et alij pro tempore existen. eiusdem Aduocatiæ possessores, summisque pecuniarijs denominatis et specificatis in dicta Aduocatia gaudeant, Rd. Vris de quorũ integritate, et in rebus geren. dexteritate optimè persuasi sumus, id negotij dan. et committen. duximus, vti quidem damus et committimus præsentibus lrĩs nrĩs mandan., vt habita inter se mutua intelligen., tempore competen. simul et inuicem conueniant, præfat. Aduocatiam, et eius oĩa ædificia, fructusque et prouentus vnivos, iuxta iuris commun. præscriptum et obseruantiam in talibus fieri solitam taxent et æstiment, summamque pecuniariã in eisdem denominent, in quo conscien. earum oneramus. Quã quidẽ taxam actu suo speciali desuper confect., Sigillisque et manibus suis obsignat. et subscript. nobis significent et perscribant, vt et nos cognitis eiusmodi sumis pecũrijs iustis et licitis, easdẽ vnã cũ Actu Rd. Vrarum Commissariali approbaremus et confirmarẽus. Pro grã itaque nrã et deoru suo Rd. Vræ aliter ne fecerint. Datũ Varsauiæ die prima Marty Anno Dñi Millmo, Quingentmo, Septuagmo, Secundo Regni nrĩ anno

Exposita Korosno.

Nos ita[que]

ut aduocati pro tempore existentes eiusdem sunt

anno Quadragmo Tertio. Ex Commissione Sac. Reg. Mttis propria.

Deinde | Deinde reproduxit Lras Privilegij originalis super Advocatiam

Wola Krossenska. | seu Scultetia in Villa Sfat Wola Koroscienska, per Serenmum D.

Dnum Principe Sigismundu Augustu Dei gra Rege Poloniae Sc;

Tenor | decessor eius clementer datas, quaru tenor sequitur talis. Sigismundus Augustus Dei gra Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuan Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Sc Dnus et haeres. Scamq praentibus Lris nris quoru interest vnivs. Quod cu declarasset nobis Magcus Spitek Jordan de Zakliczyn Pallus Cracovien, Praemislien, Camionacenque Captneus, esse in Captneatu Praemislien, in fundo nro Regio, locu incultu, villaque instituend opportunu et accommodatum circa rivulu Koroscienski dict sitt. Nos volen ad augen comoda et proventus eiusdem Capit nri Praemislien permisimus, vti assentimus praentibus eiusdem Villae locatiom, et tam in ea locan tam in omnibus rebus ad incolaru illius vtilita tes constituen oia commode gerantur et administrentur, committen duximus, vti comittimus per prvdos, Providos, Hrytkoni Rospitenski, vna cum filio ipsius Jacko commendat haben illorum industriam, vt illi eandem villam, sine tamen praeiudicio et detrimento aliaru villaru circu circa adiacen, in cruda radice locent, colonque in ea iux quantitatem agroru extirpandor instituant, eam autem villam locare, et agros pro ea locan extirpare debebnt locationque eiusdem Villae instituere debebut a rivulo superius memorato Koroscienski Potok dicto. Qui tenden a rivulo Lislowaty Potok dicto ad fluviu Strwiaz, et tandem margine fluvij vsque ad rivulu Polomski dict, at summite montis Bruzen appellat. vsque ad limites Sobienskie seu Lieskie. Deinde ab eadq

summite

summitate montis Bruzen per fluuium Lodzinska vsque ad summitatē montis Koniechie Czary vocat, à præfata verò summitate montis Koniecskie Czary, vsque ad summitatem montis Koroscianski, et riuuli Skimtarski nuncupat. Damus quoque et concedimus colonis, qui eam villam inhabitabunt libertatem et immunitatem oīum pension, dation, censuū et onerū nobis Arcique nrā Premislien debitoz, ad decursū decem annorū; expirat verò annis decem incola villæ præfat ex possionibus sui, nobis seu Captneo nro easdem nes pensiones dationes census solvent, eosdemque laboz ac eadem omnia onera ferre et subire tenebuntur, quæcunque coloni aliarū villaeū nrarum, in eodem Captneatu existen ferre et subire solent ac debent. Et ut eisdē Hryckoni Rosputenski vnā cum filio ipss Jacko eorum operam in locan villa pfat nauatā remuneremus, damus illis Succōribusque eorum in eadem Villa Aduocatiam, assignan illis quatuor laneos agri, quod vnus debet esse pro Poponatu Villæ illius, necnō sex quartas agri pro Hortulanis illorum per eos iure aduocatiali possiden. Liberum quoqz illis erit molendinum in fluuio seu riuulo Koroscienski extruere, ita ne tamen damno et præiudicio molendini nostri Regij magni in fluuio Wyrwiaze siti. Præterea ijdem ipsi Aduocati et eorum Successores cū colonis Villæ præfat eadem omnia percipient et habebunt, quæcuqz alij Aduocati et Sculteti à colonis aliarū villarū nrarum in eodem Capitaneatu existen percipere et habere solent ac debent. Quamquidem Aduocatiam suprascptām prænominati Hrycko Rosputynski et Jacko filius ipsius, ac eorum Successor legittimi cum agris molendino et omnibus prouentibus et commodis superius descriptis, et quæcunque adhuc in dicta Aduocatia parari et instituti poterint, tenebunt, et possidebunt, eaque pro arbitratu suo vti fruentur, nostro

tamen

tamen et Successorum nrorum consensu requisito, si illam obligare ve-
dere, aut quovis modo alienare voluerint. Juribus etiam nostris Re-
galibus ibidem semper manentibus salvis. In cuius rei fidem et testi-
monium Sigillum nostrum prntibus est appensum. Datum Petrikoviae
die Tertia Mensis Aprilis, Anno Domini Millmo Quingentesimo, Se-
xagesimo Tertio, Regni vero nostri anno Trigesimo quarto. Relo
Rndi Petri Myszkowski Regni Poloniae Vicecancellarij ac Deca-
ni Cracovien, Gneznen, Posnanien, Plocen, Lenacienque Praesh.

Post Quorum Petrus Myszkowski Regni Polon Vicecancells sspt. Post quorum
omnium reproductiom, eorumque solennem lectione petijt praedict
Mikita Demianowicz quatenus Dni Commissarij iurisdictioe sua
inprimis fundata, eaque voce Minlis proclamat, ad executiom eius-
dem Commission S.R. Mttis procedant, eaque debitae executioni demā-
dent, vizt ad taxatiom Sculteic praefata iux iur commun observan
procedant. Dni itaque Commissarij inhaeren Lris cession S. Mttis
Regiae iurisdon Commissoriat fundarerunt, eamque Minli Terre
Russiae Gnali Provido Nazar de Starzawa proclamare mandave-
runt. Qui quidem Minlis tam in prntia praefat Commissariorum in Cu-
ria Advocatiali quam et Villa praefat Wola Koroscienska funda-
tiom iurisdictiom ad taxan Advocatia praefat praesuperexpress Com-
missarios voce sonorosa publicavit, omnibusque cui intererat ad
notitiam deduxit. Quibus peractis Dni Commissarij vocatis ad suii p-
sentiam certis vicinis Scultetis de vicinioribus Villis Sac Mttis Re-
giae, tum et Subditis incolisque omnibus multis nullis except de p-
fata Villa Wola Koroscienska, quibus diligenter tam seorsim quā
demū communiter exquisit obstrinot iuramen corporat de rei ve-
ritte praestan, ab eisdem diligenter sciscitabatur, de proven Ad-
vocatia

Laneor. Taxa

uocatiæ præfat. quolibet anno Advocato provenien. Qui sub consci-
en. obstrictique consti iuramen. articulatim proven. oes pro Advocato
quolibet anno provenien. mo ex ordine infrascpto enarraverint. Inprimis
In eadem Villa Koroscienska Wola seu male Korosno Advocatum | Taxa laneorum trium
possedisse vigore Privilegij laneos tres, quos laneos, qmlibet per | 1200
quadragin. marc. æstiman. vigoreque iur. comunis taxan. vnâ marcâ
proven. annuatim provenien. ad Marc. decê taxat. ad mille ducen.
Marc. pecc. Polonic. Item molendinum in eadem Villa Koroscien- | Taxa Molendini
sko Advocato pertinens, de quo rone arendæ dant annuatim marc. | 250
viginti quinque hmoi proventus ad Marc. ducentas quinquagin.
pecc. Polonical. taxatt., ibidemque in eodem molendino ât Folus | Taxa Folus
de quo Advocato quolibet ão rone arendæ dant marc. tres gross. | 31/24
sex, taxat. ad Marcas Trigin. vnâ gross. viginti quatuor. Itê Ta- | Taxa Tabernæ
bernator in eadem Villa residês in medio laneo ab antiquo vigore | 150
Privilegij Advocato pertinet, de qua taberna et laneo medio rone
arendæ annuatim quolibet anno solvit marc. quindecim pecc. ta-
xât ad Centum quinquagin. marcas pecc. Item In eadem Villa | Taxa Subditorum hortulanorum
Hortulani Advocato vigore Privilegij pertinen. sunt sex in quar- | 60
ta agri quilibet residens, qui eidem Advocato rone census quilibet
eorû annuatim solvit Marc. vnâ, facit Marc. sex, taxat. ad Marc.
sexagin. moneta Polon. Ibidemque hortulani tenetur eidê Ad-
vocato in qualibet Septimana duos dies exercere laborê, æstiman. | Taxa laborum
hmoi laborê duorû dierû in hebdomada per integrû spatiû anni cu- | 120
iuslibet hortulani ad Marc. duas facit marc. duodecim, taxat. ad
Marc. centû vigin. Item In eadem Advocatia continetur Curia no- | Taxa Curiæ ædificiorum
viter ædificat. vzt vna stuba magna et altera parva, in quib.
sunt fenestræ vitreæ, atriû vnum, Cameræ quinque. Stuba mgra
magna. Stabula duo magna. Braxatoriû et Brasseatoriû asserib.

aliâs

gontami tectum. Itē vna presta. Olodia duo ex arboribus cōstructa

100 et straminibus tecta. Quæ Curia vnà cū ædificijs taxat ad centū

Marc. pecca. Item in eadem villa Wola Koroscienska extant pro

Taxa Subditorū Sac. Reg. Mtti Cmetones in medijs areis residen. decem, de quibs

Census 6 tertia pars oium et singulorum censuū et prouentuū pro Aduocato

vigore priuilegij pertinet, qui dant et soluunt census Sac. Reg.

Mti quolibet anno de media area per florenū vnū grossos decem,

facit marcas octo gross. sedecem, cedit pro Aduocato marcæ duæ

24/26 gross. trigin. denarij sex. hmōi prouentus taxat ad Marc. viginti

quatuor gross. viginti sex. Idemque Cmethon. de eadē villa, quoli-

Taxa tortarum bet anno Aduocato tenētur quilibet dare honoraria alias Pocz-

ty bis in anno scilicet pro duabus ratis, vna pro Festo Natiuitatis

Domini duas tortas, et gallū siue gallinā, pro alia verò rata pro Fe-

sto Paschæ similiter duas tortas, et trigin. oua gallinacea, taxat

aut. tort. gall. seu gallen. et oua prouenit à quolibet Cmethone gros.

30/24 quindecim facit, Marc. tres gross. sex, taxat ad Marc. trigin. gr.

viginti quatuor. Item Si oēs Cmetones sicuti in alijs villis tenent.

eidem Aduocato labores exercere per spatium anni vnius tres

dies, vezt vna die arare, altera gramina falcastrare, tertia fru-

Taxa Laborum men. in fasciculos colligere, taxat aut. labores per hos tres dies

20/16 in anno cuiuslibet Cmeton. prouenit gross. decem, idque facit

marcas duas gross. quatuor, taxat ad Marc. viginti gross. sede-

Taxa Piscinæ cem. Item in eadem Aduocatia sūt extructæ duæ piscinæ de quibus

40 prouen. pot. esse quolibet anno Marc. quatuor, taxat ad marcas qua-

dragin. Item ex pœnis iudicijs quibusuis, necnō Kuniczne y Wy-

chodnego ipsi Aduocato in eadem villa sicut alijs Scultetis eodem

Taxa Sort. tertia iure gauden. in alijs villis tertius denarius prouenit. Quæ sors tertia

pro Aduo-

Summa Prima

Facit 2868 gr. 23 marc.

pro Aduocato proveniens facit quolibet anno marcas duas grossos sex, taxatt ad viginti marcas grossos viginti quatuor. Item in sylvis ad Capneatum Praemislien pertinen ad Aduocatia praefatam pro foco seu alia quavis necessitate ipse Aduocatus vigore privilegij liberi vtifruetur. Quam liberam vtifruitionem non taxavimus, verum id gratiae Sac. Regiae Mttis committimus. Nos itaque supranominati Commissarij vigore Commission Sac. Mttis Regiae, nobis ad praesens et ad hunc actum iniunctae de proventibus bonorum suprascriptorum omnium, accepto sufficien a hominibus fidedignis iuramento dicen et recognoscen veritatem re oculis subiecta bene et diligenter scrutat et perspect omnibus et singulis prouen et libertat, quae ad praesens continentur et ex antiquo vsque ad praesens per ipsum Aduocatum in vsu quotidiano habit et possess, Aduocatia seu Scultetiam praefat in praefat Villa Krosno cum omnibus eius attinen suprascpecificat prouen cuiuslibet certi prouentus Marc vnius ad decem marcas computan taxavimus et praesen taxamus in summa ad Marcas Duo millia quadraginta septem, gross decem octo, Excepta ex hac taxatione tertia parte agnorum et porcorum quae dationes in Privilegijs Aduocatorum in Craina Struiaz ipsis servien continentur. Cuius dation sortem tertiam praedictorum agnorum et porcorum Capnei Praemislien accipere ipsis Aduocat non admiserunt, et cuius hucusque in vsu non sunt. Quam taxation Dni Commissarij tam ex privilegio originali, quam etiam ex testimonio hominum fidedignorum vicinior Scultetorum incolarumque vill praefat, diligenque inquisitioni, reque oculis subiect ad planum cognit, nemini parcen, iuri communi inhaeren fecerunt, eandemque iuxta praescripti tracum Commission Sac. Mttis Regiae determinaverunt, roburque perpetuae firmitatis obtinere decreverunt, Decreto suo Commissari-

ali.

20/24

marca 2047/18

ex privilegio originali

Summa marc: 2047/18.

mediante. In cuius rei fidē et euidentius testimoniū Sigilla sua ipsi Commissarÿ præsen̄ applicaueriūt, manibusqué suis pro=
prÿs eundem Actum subscripserūt. Actum et datum loco, die tempore quibus supra. Martinus Ostrowski, Notarius Terræ Præmislien̄ mpp. Stanislaus Stiwnicki Gladifer Terræ Præmislien̄ scrt. Victorinus Kowalski Vicecapns Præmislien̄ manu propria scrt. Nos itaque Stephanus Rex prænominat
supplicationi eiusmodi benigné annuen̄ l(itte)ras præinsertas actus Commissariat suprascripti si et in quantum ipsi possessor earū in vsu fuerunt et hactenus sunt, iuribusqué et Statutis Regni nostri non derogent, in omnibus earū conditionibus, clausulis, et articulis approban̄, ratifican̄ et confirman̄ duximus, vti quidem approbaḡ ratificamus et confirmamus pn̄tibus lr̄is nr̄is decernen̄ eas robur debitæ et perpetuæ firmitatis obtinere debere. In cuius rei fidem Sigillum nostrum præsen̄ est appensū. Datī Toruniÿ in Conventione Regni nr̄i Gnāli die Vigesima Sexta Mens̄ Nouembris, Anno Domini Millesimo Quingentesimo, Septuagesimo Sexto. Regni verò nostri anno primo. Joannes Zamoyski Reg. Pol. Vicecancellus sst. Relatio Magci Joannis Zamoyski Reipublcæ Vicecancelly, at Belzen̄ Knyszynenqué Capitanei. Acta sunt hæc Præmisliæ in positione Judiciaria Actorum Terrestriū Feria tertia post Festum Sanctorū Fabiani et Sebastiani Martyrū proxima Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Nonagesimo Septimo. Petrus Kowynicki N.T. Præmislien̄ mpp. Corr. Bo[...]owinski cum Actis. Nos itaque Sigismundus prædictus Rex supplicationi eorum apud nos facta benigné annuentes, præinsertas literas et omnia earum contenta, in omnibus punctis, clausulis, et articulis confirmand et approbandas esse duximus, prout in quā[...]

a(n)nis earū

(marginal notes:)

Subscriptio Commissariorum.

Approbatio Sgr̄

approbat. Stephani Toruniy in Conventione Regni die 26 9bris 1576

Approbatio

vsus ear habetur, in toto et in parte confirmamus, approbamus præ:
sentibus hisce literis nris. decernentes easdem perpetuæ et inuio:
labilis firmitudinis robur obtinere debere. In cuius rei fidem præ:
sentes manu nra subscriptas Sigillo Regni communiri mandaui:
mus. Datum Varsaviæ in Comitijs Regni Generalibus die XXX
Mensis Martij Anno Domini M° DC° XV. Regnorum no:
strorum Poloniæ XXVIII. Sueciæ verò XXII° anno.

approbata Sigismundi [illegible] 30 martij 1615.

Sigismundus Rex

Stanislaus Lubienski notarius

Actum in Castro Premisliensi Sabbatho pridie Festi
Sancti Nicolai Pontificis Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo Decimo Sexto

Ad personalem oblationem Nobilis Michaelis Iurkowski
privilegium Iuris [illegible] ad Bona ad-
vocatialia [illegible] Officium præsens
Castrense Capitaneale Premisliense Accepit et
Induxit.

firmitas

[illegible]

Sapienter agas si
vis sapienter
vivere

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER
ul. Ostatnia 17
60-102 Poznań
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.